

78 N 14 [57]

SOLEMNA  
PARNASSIBVDISSINI  
FONTANALIA,  
IN  
ANNIVERSARIA FESTIVITATE  
JOHANNEA  
VIRI  
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI QE  
DOMINI  
M. JOHANNIS  
SCHVLTZII,  
PHILOLOGI AC POLYHISTORIS  
FAMIGERATISSIMI, NEC NON ATHENÆI  
BVDISSINO-EVANGELICI RECTO-  
RIS MERITISSIMI,  
DIE XXIV. JVN. D. JOHANNIS BAPTISTÆ  
CELEBRITATI SACRO  
A. R. O. M DCC X.  
AVSPICA TISSIMO SIDERE REVERSA,  
PRIMA VICE  
QVO DEGET, PIETATIS, OBSERVANTIAE LÄTITIAE QE  
SANCTORI STUDIO  
BVDISSÆ CELEBRATA,  
DEVOTISSIMIS VOTIS DECANTATA,  
ET  
THERMIS CAROLINIS  
HAUD INFELICI OMINE  
CONSECRATA  
A  
DEVINCİSSİMIS SYPERIORIS AUDITORII ALVMNIS,  
PRAECONE  
VICTORINO Liebich/ Bishoffsv. M.

BVDISSÆ, LITERIS RICHTERIANIS.



Kapitel 78 N 14 [57]

X3165529 AK

**P**rocul hinc, procul este profani!  
Vos vero sacro Castalidum fonte initiati, sacra*ti*,

Parnassi Budissinen*sis*  
amoenissimis circumdati rivulis,

Incolae, Accolae  
Propius accedite,

En!

*Solemnia Fontanalia a)*  
*Johanneo Prætoriana.*

sunt celebranda

Flectite Serta, necrite Coronas, plectite Flores,  
quibus Fontem

Crystallino exsplendescen*tem* liquore,  
ex Debita Pietatis Observantia & sanctiori Gratitudinis lege  
coronare, adornare, honorare queamus.

Ego Vobis

Veteri Veterum Quiritium

solemni Formula acclamo:

Si A quam hauris, puteum corona! b)  
Coronate, igitur, honorate, adornate,

Fontem,

Clario Nomine clarum., c)

Puris d) manibus, votis devotis, calidis animis,

Non est ιππωρηνη,

seu

Fons Caballinus, e)

Qui ex Poetarum figmento

aquam' degustantibus suam

velociter, ac feliciter

fipientiam infundere credebatur,

sed εοφορηνη,

seu

Fons Sapientiae.

Non quidem ex subterraneis quibusdam Vaporibus

a) Rediūs scribitur per a, vid. Vitruv. Lib. VIII. c. III. Unde autem di& a fuc-  
rint, incertum est, alii a fontibus, alii a porta Fontanali, alii a Deo fonte s. font-  
anali. Conf. Scaliger Conject. ad Varr. de Ling. L. Alex. ab Alex. l. 4. G. D. c.  
16. Lips. de Vest. & Vestal. c. 10. Turnebus Advers. l. 16. cap. II. Rosin. l. 4. Ant.  
cap. 14. pag. m. 409.

b) V. Cauſin. Polyb. Symb. l. 5. S. 37. pag. 215. Joh. Laurent. Polymath. l. 2. Diff.  
II. pag. 110.

c) Huius meminit Strabo L. 17. in Gallia idem fons La Claire dictus ex Zeiler. I-  
tin. Gall. pag. 262.

d) Vid. Pfeiff. Dedic. Scholæ Evangelico-Christiana premissa.

e) Vid. Antipater Anthol. cap. 47. & Ovid. Metamorph. Lib. V. Fab. 4. & Cellarii  
Lex. pag. 1206.

natus,

natus, cretus, editus, f)  
sed ab altiori Virtute, ac rore cœlesti  
excitatus, fatus, agitatus,  
Cujus haustu

Insœcundæ Juniorum Mentes jucunda quadam &  
arcana Viſœcundantur, g)

&

hebetiores ingeniorum Vires mirifice exacuntur, h)

Dum petentibus

Linguarum, Artium, Scientiarum limpidissimas  
sequas cum favissimo strepitu, erumpit includi nescius, i)  
& clarissimas solidæ Eruditionis largiter affundit  
undas k).

Ö excellentissimum Fontem!

Eat nunc Dodona,

& Fontem Jovis fulichnum accendentem,  
ceu abditissimorum Naturæ Thesaurorum mirandum  
nequæs ad cœlum usque ter geminis efferat laudibus, l)

Hic Fons

longe diviniori vi pollet ac Virtute,

Cum gliscentem Judicii sensuumque facem mirifica arte  
accendere solet,

Prædicens & Extollant Americani

Fontes auriferos, m)

Mirentur & adorent Persæ

Fontem seu aquam solis, n)

Colant ac venerantur Aegyptiū

Fœcunditatem Nili!

Nos jam

Fontem Fœcunditate, Divinitate, pretio ac utilitate,

reliquos omnes longe

exuperantem

admiramus, colimus, veneramus.

Accē-

f) De Origine fontium vid. Conimbr. Tr. 9 Meteor. c. 5 p. 105. Hier. Cardanus, l. 2. Subtil. pag. 64. Kircheri Mand. Subterr. T. I pag. 247. Casp. Schottus Anat. font. & flum. l. 3. c. 1. & complures alii citi, a Pfeiffero l. c.

g) Fontes, qui steriles reddit secundas, in Lycia & Hetruria darite statur Maj. Dier. Canic. Colloq. 13. p. 477. in Sicilia Clav. Sicil. Antiq. L. I. c. 15. §. 4. in Goo ap. Mandelso in It. Ind. l. 2. c. 6 p. 130.

h) Vid. Voss. de Idololat. l. 2. c. 23. p. 686.

i) Qualis ille fons in Ducatu Bipontino, quo de Ant. Mirand. Sine & Europe c. 28. p. 206. & Zeil. in Ep. 599. Vid. & Dapper. Descript. Taiing. p. 100.

k) An haustu fontis Cœstalii eruditissim. disquirit Barthius ad Stat. P. II. p. 895. & negotiam ampliabitur, licetique Poëtica adscribit.

l) Vid. Alex. ab Alex. L. 6. G. D. c. 2 T. II. p. 463.

m) De quibus conf. Kircherum in Mundo Subterraneo Tom. I. l. 15. c. 3. Sc. 2. §. 3. p. 268.

n) Vid. Andr. Gryphii Dissertationes Funebres.

Accedite nunc  
Committones Optimi, accedite,  
ad Thermas,  
Fontum Medicorum Optimos,  
Coronatione præ ceteris dignos ! o)  
Heic contemplamini, admiramini,  
mirandam Omnipotentis Archiatri Omnipotentiam,  
quæ vobis luctuissime ob oculos ponitur,  
Thura libate, per solvite vota, gratiarum instituite hymnos,  
Fonti, e quo omnes originem ducunt fontes

DEO T.O.T.M.

quod

eximo Terræ meditullio tam salubres  
promanare jussit aquas,

Imprimis vero

Fontem accedite augustissimo Carolino  
Nomine nobilitatum.

&

Vires atq; effectus illius in morbis depellendis obstupescite.  
Recolite sancta & grata mente instauratam p)

Pristinæ Salutis ac Vigoris affluentiam  
Præcellentissimi illius fontis,  
cujus in honorem

SACRA HAEC FONTANALIA  
sunt ordinata celebrata.

Suspendite

nitidas honorum coronas!

Immittite

Odoros bonæ Famæ Flores.

Denique

Adamantino stilo  
in marmoream Festi hujus memoriam  
marmoreo Fontis sacri frontispicio  
subsequentia incidite verba precantia:

TVrbe Vr nVnqVaM fontis LlqVor ILLe ferent Vs,  
Vt tVrbie VIvAs Aonlæ Det aqVas!

o) De Thermis vid, Varenium in Geogr. Univ. l. 1. c. 17. prop. 8. pag. 285. Anton. le Grand. Inst. Phil. pag. 460. Andreas Baccius ex professo de iis agens. Kircher. Mund. Subterr. T. I. 5. Scđ. 3. p. 280. seq.

p) De Carolino fonte scripsere præter Wenceslaum Payerum, Medicum Elbogānum, Sommerum, Strobelbergium CLL. Medicus Strausius in descriptione thermarum Carolinarum & Hoffmannus in Diff. de Carolinis Thermis Halle Magdeburgica habita, A. 1705.

78 N 14 [57]

SOLEMNA  
PARNASSIBVDISSINI  
FONTANALIA,

*ANNIVERSARIA FESTIVITATE*  
**JOHANNEA**  
**VIRI**

# NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, DOCTISSIMI OVE

# DOMINI PHANNIS HVLTZI,

**OGI AC POLYHISTORIS**  
ATISSIMI, NEC NON ATHENÆI  
SINO-EVANGELICI RECTO-  
RIS MERITISSIMI

JVN. D. JOHANNIS BAPTISTÆ

*CELEBRITATI SACRO  
A. R. O. M DCC X.  
SPICA TISSIMO SIDERE REVERSA,  
PRIMA VICE  
CET, PIETATIS, OBSERVANTIE LÆTITIEQUE  
SANCTIORI STUDIO*

BUDISSÆ CELEBRATA,  
DEVOTISSIMIS VOTIS DECANATA.

ET  
**HERMIS CAROLINIS**  
HAUD INFELICIO MINĒ  
CONSECRATA

*A  
SSIMIS SUPERIORIS AUDITORII ALVMNIS,  
PRAECONI*

# TORINO Liebich/ Bischöfsw. M.

EDISSÆ LITERIS RICHTERIANIS

